

IOANNIS  
LORINI  
AVENIONENSIS  
SOCIETATIS  
IESV,

COMMENTARII  
ECCLESIASTEN.

ACCESSIT EXPO  
SITIO EIVSDEM IN PSAL

*es de la libreria de mi fra. ja Anna del monte de Sumilla*  
MVM LXVII  
IN GERMANIA

NUNC PRIMUM IN LVCEM  
TYPIS MANDATI.

PERMISSV SVPERIORVM.

*CV* M DVPLICI INDICE, LOCORVM S. SCRIP-  
turae vno; & Rerum Sententiarumque simul altero; nec non &  
verborum, etiam Graecorum & Hebraicorum, quae La-  
tinis nominibus adiuncta sunt.

MOGVNTIAE,

Apud Balthasarum Lippium, Sumptibus  
Ioannis Crithij.

ANNO DOMINI M. DCVII.



quod ad imaginem factum est, quomodo mirabile non est? Mirabilis Deus in Sanctis suis. Ne ergo illos foris respicias: non quod foris est, mirabile est, Intus ergo vide, & non miraberis, quicquid foris apparet.

*Mirabilis.*] נורא *nora*, Terribilis) & verò terror admirationem ac stuporem conciliat: nec tam nunc timorem molestum significari puto, quàm horrorem sanctum, atque venerationem. Sic locum illum sanctificatum diuino viso, vocauit Iacob terribilem<sup>a</sup>: fortasse terrorem quoque indicat Dauid, sed contra hostes populi Dei. Sic namque iussit Moses, vt metum deponeret, dicens<sup>b</sup>: Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui est. Deus magnus, & terribilis נורא *nora*, ipse confumet nationes has in conspectu tuo, &c. Aliquando vertit Interpres horribilem, vt crystallum<sup>c</sup>, nempe propter splendorem, qui perstringit oculos.

*In Sanctis suis.*] Græcè ambiguum, Latineq; an Sanctos intelligere debeamus, an Sancta siue Sanctuaria. Sed Hebraicè est מִמִּיקְדָּשׁוֹ *mimmikdashcha*, de Sanctuariis tuis, quasi proueniant inde mirabilia, siue vt Chaldaeus reddit (A domo Sanctuarii.) Et Hieronymus (Terribilis Deus de Sanctuario suo.) Vocatur templum מִקְדָּשׁ *mikdash*, & extenditur id nomen ad palatium Regium, quod est ceu asyllum, & ad quoduis refugium. Numerus autem pluralis hoc loco indicat partes templi tres אֲרָמֵי *vlam*, porticum: הֵיכָל *hechal*, templum externum: דְּבִיר *debir*, oraculum, adytum, partem interiorem templi. Erat ergo Deus mirabilis ac terribilis in Sanctuariis, vel de Sanctuariis, id est, à templo, quoniam ab habitante in templo admiranda, horrendaq; opera proficiscebantur. Multo melius id conuenit Ecclesiis nostris, vbi Deus ipse corporaliter inhabitat, & res longè diuiniore tractantur: sed & hominibus sanctis, quos nominat Apostolus<sup>d</sup> Tempa Spiritus sancti.

*Ipsè dabit.*] הוּא בָרוּךְ *hu nothen*, Ipse dans.

*Virtutem.*] הַזֶּה *hhoz*, Δύναμις, Robur, vires, potentiam, præsidium.

*Fortitudinem.*] תְּחַזְּקֵנוּ *thabhatsumoth*, κραταιώσιν, Confirmationem, roborationem, firmamentum, fortitudinem. Vel hæc eadem in plurali numero. Hieronymus (Robur.)

*Plebi suæ.*] Casiodorus: (Plebis) sed melius (Plebi) τῷ λαῷ: & littera seruilis seruit etiam datiuo.

*Benedictus Deus.*] Chaldaicè: (Proinde dicant, &c. Sed verba possunt esse Psalmographi. Lege Versum vigesimum. Nos verò etiam iisdem Deum verbis laudemus, atque lucubrationem hanc nostram concludamus cum Augustino: Quoniam itaque prolixum, & ad intelligendum difficilem Psalmum) vocant eum Rabbini, vt præfatus sum, נִיבָר מֵעַד *nichbar meod*, tandem aliquando ipso adiuuante, finiuius, Benedictus Deus. Amen.